



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de**

**Coloniae Agrippinae, 1655**

II. Helvetiae populorum natura bellicosa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

**F**ERT certe non potuit, quin post tot fulgura ac tonitrua, Zuinglianæ doctrinæ fulmen præcellam aliquam arcem ferret: id quod non multo post Basileæ factum fuit, è qua literator i. le. Erasmi arrogantiæ Nouorum illorum Zuinglianorum Christianorum ignorantiam ferre non sultitans, Friburgum se receperat. Cives enim Zuinglij somnia sequeutes, die constituto arreptis armis. cur. es. portas, ac præcipua viribus loca se occupata, præsidia firmarant, & excubias agebant non secus, atque si hostis vicinus esset. Catholici contra a conciliis suis præuosi atque oppressi, leges ad hunc accipere cogebantur, quibus hæc s. date consueuerant, isque cedere quorum violentiæ resistere non poterant. Primum vero illi furor impetu in templâ effuderunt, convulsis ac deiecitis statuis, Martyrum aliorumque sanctorum vitorum conservandæ memoriæ & honori, ante tot sæcula positâs. Post hæc senatum nouum ex suo creatum arbitrio, promulgato tamen decreto, ne Senatus quidquam in ijs, quæ vel ad Reipublicam, vel religionem pertineat, agendi potestas esset, nisi ex ducento, in quos ipsi elegerant, virorum consensu. Tum Tigurini Bernates, Solodurij, hæc de re certiores facti, cum Basiliensibus reliquisque pagis Catholicæ religioni aduersi, cum Ferdinando Austriaco, mutua auxiliij causa, sedus iniiciunt.

II. Quia vero Heluetij natura bellicosi sunt, non multo post ad arma sunt deueniunt, Nec mirum in ea natione, in qua ipsi quoque pueri vix è cunabulis prorepentes, iam armæ reumspicere; paullo vero adulescentes, tractare atque exercere solent. Quin apud eos è conueto dine atque etiam lege receptum est, ut bubuli gladium ad latus non minus quam vomerem ad aratum præsto habeant, nec huic eo vel ad opus accedat quisquam, vel ab opere discedat. Hinc quamprimum tympanum ab ætera aliqua plaga sonuerit, statim ad arma prosiliunt, vitamque suam stipendio oppugnant, adeo ut natio hæc integros exercitus vna fere nocte quasi parat, & sub signis producat. Quamobrem etiam pacis tempore ab exteris Regibus ac Principibus stipendia accipere consueuerunt. Ludouicus quidem X. Franciæ rex primus eos annuâ pensione, tamquam perpetuo militiæ auctoramento, Gallicæ coronæ adstrinxit & obnoxios fecit. Zuinglius ergo quum animaduertisset religionis mutationem quam meditabatur, non sine vulneribus & sanguine (hæreseos enim symbolum est Bibliorum

codex in vna, & gladius in altera manu) abituram, Heluetijs modis omnibus persuadere conatus est, ne illos a peregrinis delectus haberi paterentur; indignum atque adeo impium esse dicitans, sanguinem vitamque suam vanalet habere, ac pluris aci acibus prostruere, atque ita pro aliorum contentione, quæ ad ipsos nihil attinerent, matandose se præbere. Quin multo melius esse agriculturam ac rem pecuariam, maiorum exemplo tractare, viresque contra eos qui domesticam ipsorum quietem interrumpere vellent, integras referuare. Et Tigurinis Zuinglius persuasit, ne Franciæ regi suis in finibus militem conferbere permitterent, in speciem quidem ut sua defendere, reuera autem ut vicinos inuaderent, atque oppugnant.

III. Post Basileensem tumultum rebus potius aliquantum sopitis, quam compositis, Tigurini & Bernates animati etiam copias educunt contra Catholicos pagos, scriptoque edito, causam cur ita faciant, exponunt, inter alia recensentes, quod illi ciuitatum suarum insignia ad paribulum suis, edent, & fedus cum Ferdinando capitali ipsorum hoste fecerant. Nec minus impigre Catholici suas producunt copias, ac castra ponunt, acceptis à Ferdinando auxilijs. Quum omnia ad prælium spectarent, interuentu finitimorum, & Argentinæ ciuitatis cum Tigurinis paullo ante confederata, composita res fuit, hoc inter alia pacto, *ut religio cuiuslibet libera esset, quum omnes pagi supremum in suis finibus imperium habeant; ne eius causa cuiquam vis fieret, Factum hoc Anno 1529.* Hoc modo inter Catholicos & Zuingianos bellum tum fuit compositum, non item inter Zuingianos & Lutheranos, qui scriptis & libris, ut illi armis, mutuo sese oppugnant ac lacerare non cessabant. Et Lutherus quidem ac Zuinglius utriusque patris antesignani toto triennio acerrime inter se digladiati sunt, sic ut neque pax neque induciæ, quam vis plurimum annitente Landgraui, qui Marpurgum utrumque ad colloquium euocarat, fieri potuerint, ut libro II. est demonstratum. Quinetiam bellum hoc immortale illi posteris sine successoribus tradidisse videntur. Et si enim Zuingliani Heluetiorum pagi vehementer instarent ut in Smalcaldicum fedus reciperentur, à Saxoniæ tamen Duce impetrare id non potuerunt. Adeo Protestantes à Zuinglianorum secta abhorrebant. Landgrauius contra summo Imperatoris odio cum Heluetijs Evangelizantibus priuatum fedus percussit.